



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae  
Domini**

**Melanchthon, Philipp**

**Ratisponae, 1560**

**VD16 M 3533**

Illvstrissimo Principi Et Domino &c. Domino Clementissimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29449**

ILLVSTRISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO &c. DOMI-  
NO CLEMENTISSIMO.

S. D.

ILLuistris. & clementiss. Princeps: Certissimum est  
legitima Imperia opus DEi esse clementer conser-  
uantis honestam societatem generis humani. Ideo  
verum Deum, æternū Patrem Domini nostri Iesu Chri-  
sti, creatorem generis humani, colligentem æternām Ec-  
clesiam voce Euangeli, toto pectore oro, vt Cel. vestræ  
confirmet vires animæ & corporis, & tribuat salutaria  
confilia, & fœlicem gubernationem. Gaudeo etiam  
Principem & Dominum patriæ meæ vocatum esse ad  
agnitionem filij Dei, & recte inuocare Deum, & fouere  
Ecclesiam Christi: Quem oro, vt vniuersam familiam  
Principum. N. gubernet & protegat, nec sinat fieri bar-  
baricam vastitatem in patria mea.

Literas Cel. vestræ reuerenter legi, & virum inte-  
gerrimum Stephanum audiui: Ac mitto Cel. vestræ scri-  
ptam responfionem, ac maximè opto, vt teneræ Ecclesiæ  
vbiq; tranquillæ sint: Quam ad rem proderit, si non  
sinent gubernatores defendi contrarias (A) sententias.  
Probo igitur consilium Cel. Vest. q; vtriq; parti silen-  
tium mandarit. Opto autem vt sapientum Prin-  
cipium consilio & authoritate, aliquando & ex

A 2 aliarum

aliorū(B) gentium Ecclesijs & nostri s, pīj & eruditī viri  
conuocentur, vt de omnib. controuersijs deliberetur, &  
vna consentiens(C) forma doctrinæ vera & perspicua,  
sine omni ambiguitate posteritati tradatur. Interea  
quantum fieri potest, moderatis(D) cōsilijs coniunctio-  
nem nostrarum Ecclesiarum foueamus. Bene &  
fōeliciter valeat Cel. V. Cal. Nouemb.

Anno 1559.

Celsitudinis vestræ

Scruus

Philippus Melanthon.

Scholia,